



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1860**

XVI. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Zehden Hebungen aus  
Narchusen, im jahre 1338.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

XVI. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Zehden Gebungen aus Narchusen,  
im Jahre 1338.

Ludouicus etc. Recognoscimus publice per presentes, quod bona deliberatione prehabita, debito venditionis contractu vendidimus honorabilibus et in cristo deuotis personis sanctimonialibus monasterii Cedene tam presentibus quam futuris pro ducentis marcis argenti Brandenburgensis et ponderis, ad manus nostros ex parte earundem sanctimonialium plenarie perfolutis, precariam tam denariorum quam frumenti ville, dicte Narchusen, nec non seruicium curruum et quodlibet aliud seruicium reale vel personale et quidquid iurisdictionis in ipsa villa habuimus, quiete et pacifice possidendam. Actumque inter nos sanctimonialesque predictas est expresse, quod nos, heredes vel successores nostri dictam precariam cum seruicio ac iurisdictione ville predictae possimus vel poterunt pro predictae summe quantitate reemere, dum uouerimus vel uolunt, decursu temporis cuiuslibet quiescente. Et ut predictus contractus semper a nobis et nostris successoribus maneat inconcussus, hanc literam super eo etc. Testes Buch, Haffo miles et Haffo, Nicolaus Wick, Bêrtramus de Ecksteden etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XVII. Markgraf Ludwig vereignet dem heil. Geist-Hospital zu Mohrin Gebungen aus dem  
Husen- und Worthzins daselbst, am 2. August 1339.

Anno domini M. CCC. XXXIX. Nos Ludouicus etc. Ob salutem et perpetuam memoriam magnificorum Principum bone recordationis Marchionum Brandenburgensium, nostri, heredum et successorum nostrorum appropriauimus et ex mera beniuolentia nostra presentibus appropriamus domui siue hospitali sancti spiritus ciuitatis nostre Morin tria frusta denariorum Brandenburgensium minus IIII solidis annue pensionis siue deriuationis in censu mansorum et arearum dicte ciuitatis sita per discretos viros uidelicet Christoferum, Henningum et Albertum de Snitelingen uoluntarie resignata, perpetuis temporibus sine impedimento quolibet possidenda. Renunciantes etc. Testes dux Teck, Io. Hufener, Bombrecht, Laurencius de Grifenberg, milites, G. Wolf cum ceteris. Datum Premzla, anno domini M. CCC. XXXIX., feria II post vincula Petri.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).